



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

XIII. Hyperdulia species, B. Mariam Deiparam Virginem S. Gabrielis
Archangeli verbis salutare.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

numerus qui à Platonîcis in animæ constructione ponitur (religiosè an supersticiosè non disputo) perfectionem generatiuam & intellectualium regressum significat; sicut quaternarius animæ processum circa corpus, cum imitatione virium vitalium productiua. Sic Fabius Paulinus Hebdom. lib. 3. c. 3. Ant. Ricciardus Brixianus Comment. Symbolicorum t. 2. V. Numerus nouenarius 19.

XIII.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

B. MARIAM DEIPARAM
Virginem Gabrielis Angeli
verbis salutare.

§. I.

Cùm S. Mechtildis ordinem S. Benedicti professa aliquando secum di-

H 3 spu-

Laur. Sur. in Vit. Ant. Balingh-

26. Feb. n. 2.

sputaret, quoniam B. MARIAM Deipara
 ram Virginem obsequio eidem gratissi-
 mo demeretur, subito aspectabili for-
 ma sese Regina Cælitum obtulit, & au-
 reis expressam literis in pectore, Gabrie-
 lis Angeli salutationem exhibens: Ne-
 mo mortalium, inquit, mihi quidquam
 obtulit hac Angelica salutatione, quam
 vides, vnquam gratius. Legerat id forte
 vel audierat Berchmannus, ideoque hac
 Gabrielis Angeli salutatione, cuius inte-
 tium est Aue MARIA; toties Virginem
 quò gratissimam ei rem faceret, recitatio-
 nem identidem Rosario, & Marianâ duode-
 cim stellarum coronâ, compellauit, &
 honorauit. O quoties eius in schedis
 quæ moriens velut hæreditatem pau-
 pertinam, imò diuitem, vtpote spirita-
 lem, Sodalibus reliquit, legere est illud
 Angelicum imò diuinum Aue! Inter alia
 extat hæc eius syngrapha: Super vel an-
 te lectum flecte genua, dic ter Aue, primò
 B. Virgini Lauretanæ ad honorem ma-
 ternitatis eius, petendo, vt liberet te illa

Virgil pag 124.

nocte

nocte ab omnibus malis somnijs Secundo B. Virgini Aspricollis ad honorē immaculatæ conceptionis ipsius, ut te starrim faciat dormire; tertium B. Virgini Halensi ad honorem illius instantis (de instanti etiam superioribus adde in quo post mortem suam vnita fuit filio suo, petendo felicem successum orationis postridie faciendæ & lætitiã spiritua-lem &c.

Idem frequentissimus eius Angelicæ salutationis vsus ex alijs quam plurimis eiusdē Berchmanni syngraphis abundè liquet, in quib⁹ passim legere & repetita sæpissime hæc verba: Recitabo: Aue.

Mensæ accubiturus prius Angelicam salutationem immaculatæ Virgini repetebat, quàm mantile explicaret.

§. II.

Premium Hyperdulie

Fuit, quod Berchmannus, qui toties Angelicam salutationem in Dominæ Angelorum gratiam toties adeoque piè recitauit, ab eadem Angelorum, om-

gratumq; gratiarum domina, hanc etiam
gratiam retulerit, ut Angelus non tan-
tummodo audire sed etiam esse, non
quidem naturâ, sed virtute formâque
mereretur. Nam fuit Berchmannus (te-
ste Ceparo) specie verè Angelicâ, addo
ego: etiam virtute.

X I V.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Marianum Rosarium in
dies recitare.

§. I.

Suauissimam pietatis suæ fragrantiam
Berchmannus longè latèque per Eu-
ropam diffudit. Quid mirum? Rosas
identidem legit, nec à Marianis vnquam
Rosarijs auelli potuit. Hæc ille quoti-
die, magnâ religione percurrit, nunc ge-
nibus flexis, nunc stans, alias sedens,
nonnunquam per aulam parentem ob-

Cepar. in eius vit.

am-